Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0001-3

V. 1a F.

(cat. 4, 10–33b)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0002-9

DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM
AD
ANNIVERSARIAM
ORATIONEM
IN MEMORIAM
VIRI
NOBILISSIMI, MAXIMEQVE
STRENUI
DN. GEORGII RIDELII
à Leuenſtern & Seufferſdorff/ Hæreditarii
in Treſchen/ Cohortisque bellicæ quondam
Capitanei
AD PROXIME INSTANTEM MERCURII DIEM
POST HOR. IX.
SOLENNITER HABENDAM
HUMANISSIME INVITAT.

I. N. R. J.

TErtius explicandi carminis ſecularis labor conſiſtet in allegandis cauſis,quamobrem
materiæ philoſophicæ ſingulis Candidatorum Artium laudibus aſſignatæ ſint &
traditæ. Atque hic quidem infitias non ibimus, in multis ſic ſecutos nos eſſe no-
mina. Sed longe plures tamen ex rebus petitæ ſunt rationes. Circa nomina ex
eo, quod per hoc ſeculum conſtaret floruiſſe in Univerſitate Lipſienſi Caſparum
Barthium, literarum humaniorum Numen magnum, vix commodius celebrari
poſſe, perſuaſum fuit, Joh. Chriſtianum Barthium, Zittavia-Luſatum, quam ſi,
quod ſumma excellentia excultæ per hoc tempus literæ elegantiores Lipſiæ fuiſ-
p.48 ſent, animadverteremus. Joh. Chriſtophori Bierlingii cognomen Germanicis
Muſis hominem ſignificat, qui potus amans eſt, & in quo poſt calices immodice hauſtos nulla modeſtia reſidua
videtur. Non male igitur in iſtum convenerunt convivia, quia poſt collatos ſummos in Philoſophia honores
76 immodeſtiora paulo facta erant, in ordinem redacta. In Joh. Gottfried Ebersbachii nomine ultimo bona malis
mixta eſſe comparent. Nam & rivis nihil magis delectabile merito judicamus. Et apris etiam nihil horrore
magis percutere homines ſolet. Attrectata igitur per mortem conjunctiſſimi Collegæ M. Hieronymi Dice-
89 lii, Math. Prof. Extr. gaudia ſecularia in iſtum quadrare cenſuimus. Gottſchalt idem eſt, ac qui res ſuas DEO
permittit. Non aliena igitur ab iſto fuit conſtantia novem Communitatis Philoſophicæ Collegarum, qua im-
minente ab exercitu Tilliano obſidione in urbe remanſerant, divinæ voluntatis arbitrio traditi toti, ſive vivere
49 ulterius poſſent, ſive calamitatibus bellicis interirent. Laurentii nomen in memoriam Polycarpum revocat per
ignem martyrii corona potitum. Incendia igitur ad iſtum pertinere arbitrati ſumus, a quorum infeſtatio-
71 nibus immune Collegium Philoſophicum per hoc ſeculum novimus. Leopoldus Imperatorium nomen eſt,
& maximo animo præditi. Hincque adjunximus Decanum tempore difficili ob intrepidum animum ante
62 alios electum. Ludovico fruſtra a Bannierio Duce Suecico ſuſcepta urbis Lipſienſis obſeſſio tradita eſt, quod
cum quo commune nomen habet, qui nunc potitur rerum, Galliæ rex licet cum magna fama per lapſos annos
22 exſuperare vires omnes creditus ſit, nunc tamen infeliciter in hoſtes juſtos pugnat. Joh. Gottfried Müllero
inſidianti ex invidia malevolentiæ obnoxia Facultas competit, quod qui in victum pretio ſumto frumenta mo-
93 lunt, opes peregrinas imminuere ſemper exiſtimantur vulgo, & non exiguis furtis pectora obſtringere. Rich-
54 tero prætori exercita in Collegio novo a Philoſophis jurisdictio apta & accommodata putata eſt. Nec Schœt-
53 genius a ſiliquis nominatus a granario in Collegio novo facto diverſus fuit; ut et Chriſtiano Heinrico Schreyen
a clamoribus dicto, tubicines in ſolennitatibus Philoſophicorum honorum ſummis tempore etiam ob bellum
18 & peſtem calamitoſiſſimo adhibiti digni fuerunt. Sicque etiam Schützius ſagittarius venatorque adeo cu-
randæ ſylvæ Academicæ una cum ſuperiorum Facultatum præſidibus præfectum Communitatis Artium De-
70 canum habuit. Et in Schweitzero nationem diverſorum a nobis ſacrorum inſinuante non incongrue proſe-
lyti quum ex Pontificiis tum ex Judæis Magiſtri facti allegati fuerunt. Huc porro ſpectat Apoſtolico nomine
34 inſignitus Thomæ. Quemadmodum enim per Apoſtolorum præconium plures gentes populique ad Eccle-
ſiam adducti fuerunt, quam quo tempore ipſe Chriſtus in terris fuit, ita in eo laudari par fuit, quod in ſeculi Aca-
demici quarti præmiorum diſtributione prima plures Magiſtri renunciati fuerunt, quam per totum ſeculum
58 tertium ſimul contigit. Acta eruditorum Lipſiæ hoc tempore publicari cœpta Thymo aſſignavimus, quod
nomen a thymo habere putatus eſt, velutique apes mella ex thymo aliisque herbis collecta cellis ſuis abdunt,
ita Actorum collectores per juga quaſi culta librorum, quæ placent, decerpunt, & diviſa menſibus ſuis orbi
32 committunt. Alteri ex duobus Weberis ex facultate Philoſophica ad functiones Theologicas adſcendentes
ſumti fuerunt, quod perſpectum erat, ex Facultate Philoſophica quondam Ananiam Weberum tandem ſum-
78 mum Vratislavienſium Theologum factum eſſe. Vox Weiſe Germanis duo ſignificat, & ſapientem & albo
colore præſtantem. Ut duo igitur Weiſii inter Candidatos occurrunt, ita alterum a ſapientia, quodque a Phi-
16 loſophis Lipſienſibus diſputationes nimium ſubtiles ex libris heterodoxorum prohibitæ fuerint; alterum ab al-
83 bedine, & quod aliquando Auditorium Philoſophicum renovatum fuerit, commendavimus. Wolffio deni-
que nil magis appoſitum eſſe arbitrati ſumus, quam Joh. Andream Graulium, Fac. Phil. Collegam in obſidione
ab hoſte captum, poſtquam poſt ſoluta ἄποινα libertatem recepiſſet, peſte ſurreptum. Namque ſic calamitatis
inviſæ intemperie quam maxime vexatus fuit Graulius, ut qui per pluvias, ventos, tonitrua, fulmina, nives &
pruinas quam maxime ſævit aër, per lupi nomen exprimitur, lupinaque tempeſtas Germanis dicitur conditio
91 cœli, quæ per res, quas recenſuimus, moleſta quam maxime mortalibus eſſe ſolet. In laudibus a re ipſa deprom-
tis non vanus extitero, ſi affirmem, ex omnibus inventionum locis nullum prætermiſſum eſſe, ex quibus, Rhe-
tores præcipiunt, encomia perſonarum accerſenda eſſe. Et ex patria quidem laudes acceperunt Eggelin-
ckius, Fregenius, Franckius, Elias Andreas Hanckelius, Hedenus, Heinius, Heinrichsdorffius & Schœnius.
In Eggelinckio duo Saxones, Rectoratum Academicum & Decanatus Philoſophici munus ſimul gerentes pro-
66 ducti fuerunt, quod Candidatus ipſe e Saxonia, Magdeburgenſis ſcilicet, progerminatus fuit. Fregenio Mar-
chico non abſurde conſilium Johannis Rauenii, Berolinenſis de meliori erudiendæ juventutis ratione juſſu Aulæ
90 cenſuræ Facultatis ſubjectum attributum eſt. Ita Franckio Chemnicenſi in laudem ceſſit, quod Senatus pa-
37 trius, quam Philoſophico Fiſco penſionem debet, promte exſolvere hactenus conſuevit. Ob ſalinas patriæ
Hanckelio competere judicati ſunt Halenſes, quos in Facultate Artium per tempus hoc extitiſſe apertum eſt.
23 Ob Dominum Patriæ, Schwarzburgicum heroem, Hedenum commendant Pro-Rectores Philoſophi. Patria
55 Heinii Magdeburgum a puellis dicta eſt. Conſtitutio igitur data fuit ordinis Philoſophici, qua Magiſtri Ar-
tium

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0004-0

tium ſponſæ miniſtrare in nuptiis, aut puellas juvenibus ad ſaltationem adducere prohibentur. Et cur dede- 43
erint Heinrichsdorffium ob patriam peſte graſſante afflictisſimam tempore peſtis extra Lipſiam exiſtentes
Collegarum Philoſophicorum nonnulli? Nec quidquam impedimento eſſe potuit, quo minus Schœnius, quod 57
Görlitio huc venerat, cujus paſtor primarius Seyfertus Muſas indigentiores quotannis liberalisſimo ſtipendio
ſublevat, a ſtipendiis honorari debuerit, quæ aſſumentibus Doctorum Philoſophicorum inſignia conſtituta per 41
ſeculum proxime præterlapſum fuerunt. A gente & parentibus laus ſumta eſt Conrado, Finſchio, Fuchſio,
Gregorio, Homilio, Jungero, Keckio, Lauenio, Menckio, Quiſio, Rühlio, Schulzio. Mercatorem quippe
Senatorem Patrem nactus Conradus, qui ex Lipſienſibus mercatorii cenſus Senatoribus nati inter Magiſterii
Candidatos fuerunt, cur non acciperet? Ex familia vero viros honoratos quamplurimos jactante prodiens 81
Finſchius illuſtres perſonas in prandiis ob diſtributos ſummos in Philoſophia honores inſtitutis præſentes habet.
Fuchſio ſortem parentis reſtionis tranſcendenti, quod inter literatos præmia jam capit, Profeſſorum Artium filii 84
majorem dignitatem conſecuti ſunt, quam parentes tenuerunt. Gregorio cognatione familiam in jure excel- 65
lentiſſimorum Schacherorum attingenti ex Profeſſoribus humaniorum Artium Profeſſores Juris nonnulli facti
ſunt. Rei frumentariæ præfectum parentem qui habuit, Homilius Aſſeſſorem Facultatis, qui ſimul œconomus 39
fuit, ſiſtit, Chriſtianum Schumannum. Quod Jungeri vel parens vel agnatus de Pictore errante publice in 28
Academia noſtra quondam diſſeruit, ab exornatis picturis & imaginibus conclavibus Philoſophicis laudatus 87
eſt. In auctionibus librariis proclamatoris frater Keckius vaporarium Collegii rubri majus vendendis per au-
ctionum leges libris attributum deſcripſit. Conſule Quedlinburgenſi proſeminatus Lauenius ex Collegio 92
ſapientium in Curiam translatos exhibet. Ex propinquis Joh. Burckhardi Menckenii, Hiſtor. Prof. Publ. 33
Menckenius exercendæ eloquentiæ multam ſemper oblatam occaſionem decantavit, quod celeberrimus Agna-
tus hactenus in ſolennitatibus illuſtribus in ipſaque etiam Panegyri ſeculari orator nomine publico auditus eſt.
Cenſuum Electoralium in Thuringia exactoris filio Quiſio Communitatis a ſteuris & tributis immunitas ac- 59
commodata eſt. Utque a Rühlio propterea, quod ex familia eſſet Endterorum libraria fama inter Noriber- 80
genſes excellentisſime florentium, Bibliotheca Philoſophica per hoc ſeculum bene adminiſtrata non aliena fuit:
ſic commodiori encomio celebrari non poſſe Schulzium creditum eſt, quam ſi in ipſo ſublevandis viduarum 74
Philoſophicarum neceſſitatibus conſtituti certi reditus commendarentur, quod parentem ejus ærario cum aliis
ſimul præeſſe conſtat, ex quo relictæ a paſtoribus morientibus conjuges benignius habentur, qui exiſtentibus
in vicinia Lipſienſi ruſticis myſteria divina exponunt & adminiſtrant. Ab educatione innotuerunt res Gœlizii. 13
Ut ipſe enim per varias exercitationes in inferioribus ſcholis ad res Academicas egregie præparatus fuit, ita facile
res ejus oſtendi potuerunt per hoc, quod bene in Facultate Artium ſubacti Viri hactenus ad ſuperiora & ſtudia
& uſus maxime idonei deprehenſi fuerunt. Non ex alia ratione in laudibus Englerti recenſendis plura, quam 27
tria nomina, carminibus in honorem Magiſtrorum ſolennibus nonnunquam præpoſita recitantur. Nam &
ſic res ſuas addidicit, ut longiſſimum ampliſſimumque præceptorum Syllabum, a quibus eruditus eſt, confici
oportuerit. Imo ita & Mörlini res enarratæ fuerunt. In Schola enim Thomana Lipſienſi educato præcepto- 40
res dicti loci, qui ſimul Profeſſores Academici extiterunt, conveniebant, ut & in Rhæſa Profeſſores ex una 14
curatione Profeſſoria ad alteram ſæpe translati conſpiciuntur, quod ipſe in percipiendis liberalibus artibus
non unius ſcholæ ſed quam plurimarum, ab unaque adeo ſubinde ad alteram translatis operis uſus eſt. Genus
vitæ in Haydornio, Meiningio, Saueresſigio & Teutſchero conſpicitur. Haydornius vt mox futurus miniſter 35
verbi circa Servatorem prædem & vadem ſalutis noſtræ verſabitur. Ergo laudum ejus materia fuit Phil. Mül-
lerus, Math. Prof Publ. dum de conditionibus deditionis in urbe agitur, in caſtris hoſtilibus obſes retentus.
Meiningio, ſtudio Mathematico addictiſſimo Profeſſorum Mathematicorum longævitas in laudem ceſſit. Et 96
Medicinæ Candidato Teutſchero magna inter Facultates Gratioſam & Artium conjunctio non minus inepta ju 46
dicata eſt, ut ob idem ſtudium Saueresſigio aberrationum Philoſophicarum emendationes non dedecori eſſe, 30
ſtatutum eſt, quod nulla cura contentioque medicis magis incumbat, quam ut corruptiones turbationesque in
corporibus ægrotorum exortas compeſcant & tollant. Ob munus Collegæ tertii, quod in Schola Nivemon- 17
tana ſuſtinet, per Tromlerum conjunctiſſima ſcholarum literariarum inferiorum cum Facultate Philoſophica 73
communio expoſita & intellecta eſt. Nec res ſic geſtæ latent. Quod Wigandus enim res, quas in ſcholis mul-
tas geſſit, prolixa commemoratione enarrat, acta a Philoſophis libro in eum finem comparato inſcripta cum
laudibus ejus copulata ſunt. Et nullis perſuaſionibus & ſollicitationibus eo adductus Schubartus, ut ſupremis 52
artium honoribus alibi potius quam Lipſiæ ſe pateretur exornari, occaſionem dedit de erroribus commentan-
di, qui in prenſandis & porrigendis his præmiis committuntur, quodque ob intercedentem eiusmodi corruptio-
nem Magiſter bullatus in Academia hac inter Magiſtros Academicos denuo renunciatus fuit. Inter bona for-
tunæ ad præcipua referendi ſunt Patroni. Laudatur igitur Kregelius a fornicibus novi Collegii mercatori- 77
bus elocatis, quod a quo quam plurimum adjuvatur, Ampliſſimus Kregelius urbis hujus Aedilis ſpectatiſſimus
multam ſibi per commercia florentiſſima famam comparavit & obtinuit. Fata, quibus ducebatur, laudant 51
Beyerum. Ut ipſe enim cum aliis commilitonibus æque nunc Magiſter etiam creabatur, ut ante hæc tempora
Parentes facti erant, ſic vulgabantur per laudes ejus ex filiis Profeſſorum Philoſophicorum Profeſſores etiam
Philoſophici. Et Eybius Collegarum & Profeſſorum Philoſophicorum abſque familia perfecta viventium fata 67
in morte ſingularia exponit, quoniam ipſe eventu ſingulari quoque ſupremos Artium honores cepit, etſi a paren-
tibus ipſum, a quorum indigentia nihil habere poterat, quod in tractandis bonis artibus auxilio eſſet, quaſi deſtitu-
tum & relictum cenſeri fas fuit. Simul cum fratre honoratus Joh. Auguſtus Hanckelius tres vel fratrum vel co- 41
gnatorum conjunctiones honorum Philoſophicorum ſummis ſimul exornatas hoc capite conſpiciendas præ-
bet. Et primo ferme potitus loco inter Candidatos Maukiſchius, quod ſupremos honores non ante prenſavit, 25

qvam

quam per ſex annos primos jam geſſiſſet, cauſa fuit, quamobrem per laudes ejus ſubjiceretur oculis legentium,
cum excellentia etiam ſingularium honorum præcipueque ſæpius adminiſtrati Decanatus extitiſſe nonnullos,
10 quod diu in Collegio vixerant. Nec potuit magis appoſitum argumentum Erneſto Müllero dari Magiſtro fa-
cto, poſtquam jam Paſtor Bruccenſis erat, quam miniſtri verbi inter Candidatos laureæ ſupremæ renunciati
9 Magiſtri. Extractusque usque ad decimum annum ſtudiorum Academicorum, antequam honoribus Philo-
ſophicis mactaretur, duriterque adeo a ſorte adverſante habitus Strantzius, dum per collata nunc ſerta in gra-
tiam cum iſta redire viſus eſt, ad res ſuas aptam materiam conſecutus eſſe cenſendus eſt, quod per Collegarum
Philoſophicorum inter ſe diſſidentium reconciliationem juſſis ipſorum publicis actis inſertam per vitam actio-
95 nes ſuas recte inſtituiſſe patefactus eſt. A loco laudes Clauſii depromtæ ſunt. Habitans quippe in ædibus
11 Collegii novi, ædes iſtas inter varia pericula incolumes ſervatas eſſe, deprædicavit. Imo & plures ſimul cauſæ
in nonnnllis occurrunt, cur ex certa materia laudes ipſorum petitæ fuerint. Puteus datus eſt Brücknero a
D. Adamo Rechenbergio Decano in Collegio Philoſophico effoſſus, quod vir nunc ſummus iſte & Candidati
Patronus eſſet & Candidatus ipſe a pontibus nomen trahit, quorum uſus quam maxime circa aquam eſt. In
21 Heerbeckio demonſtratum eſt, quod imminente obſidione defendendis ædibus artium idonea comparata fue-
rint, non ſolum quod ipſe ex Martisburgenſi urbe a D E O bellico nomen adepta in orbem prodiit, ſed & nomen
29 ipſum arietem, infringendis quondam obſeſſarum urbium mœnibus machinam, notare videtur. Philippus Mül-
lerus Mathem. Prof. Publ. de rebus Academicis longe meritiſſimus Medicinæ Licentiatus in laudibus Pfautzii re-
vixiſſe lectus eſt. Sed factum eſt, & quod Parens Candidati æque etiam ut Müllerus mathemata profitetur,
ſimulque de rebus Univerſitatis egregie meritus eſt, & quod ipſe Candidatus qvum ad eandem artem, ex qua Mül-
15 lerus dignitatis titulum habuit, laudatiſſimis ſtudiis contendit, tum novercam etiam neptem Mülleri venera-
tur indulgentiſſimam. In Schwalbio videmus, poſt ceſſantia belli & peſtis pericula Lipſiam reverſos fuiſſe,
qui metu malorum iſtorum diſceſſerant, cum Auditoribus Profeſſores Philoſophicos. Sed & nomen Candidati
exegerat, ut id in laudibus ejus notaremus, & ſtudium medicum, quod ſectandum ſibi ſtatuerat. Nam & hi-
rundines per hyemen aufugiunt, inque vere revertuntur. Et medici etiam præſtant, ut poſt pulſas morborum
47 tempeſtates rerum omnium tranquillitas ad corpora antea affecta reducatur. M. Chriſtianum Gallum ex Fa-
cultate Philoſophica per annonæ charitatem enormem Lipſia ejectum in laudibus ſuis gerit Weinichius. Ac-
cepitque iſtum & quod a Patrono fovetur, inſigni Theologo, Excellentiſſimo Gottfried Oleario, ex parente ex
ſalinis Halenſibus ad nos allato ortum trahente; & quod ipſe in Thuringia vivere cœpit provincia frumento-
87 rum laude omnium una maxime florente. Weinrichium quondam in Communitate Artium Decanum ex
Candidatis Weinrichio qvum nomen dedit, tum cognatio, ex qua ante centum annos, quum ſolennitas ſecu-
laris poſt ſeculum ſecundum Vniverſitatis celebraretur, Superintendens unus Weinrichius vixit, & hoc tertii
36 ſeculi etiam feſto Ittigius in eadem dignitate conſtitutus fuit, ex matre Weinrichianâ proſatus. Sed & alia præ-
terea obſervare non dividiæ eſt, quæ ſingularia voces. Nam & deprehendetur nonnullis Candidatis materia
aſſignata eſſe, quæ cur data ſit, cauſa allegari præcipua non poteſt, & exempla occurrunt, unam eandemque
materiam tribus Candidatis præconia ſuppeditaſſe. Alterum in Reineccio accidiſſe aſſeverandum eſt. Ne-
que enim excogitari quicquam poteſt, quamobrem iſti præcipue Magiſtros diligenter Decanum in proceſſibus
61 Academicis comitatos adſcribi oportuerit Alterum Schreyero, Webero & Lorentio contigit. Omnes enim
a tubicinibus in ſolennitatibus Philoſophicis adhibitis laudibus ornati ſunt. Sed ex diverſis tamen conſidera-
tionibus. Nam Schreyero ob nomen aſſignata res fuit, prædicatusque fuit ipſe, ut & jam ante dictum eſt,
18 ſicut Muſicam ſectantes in literis tractatis quam maxime excelluiſſe. In Webero, quod ſecundus hoc nomine
occurreret, materia repetita eſt, quoniamque ex parente ſimul ortus erat ex manuum labore victum quærente,
cujusmodi hominum genus quavis ſorte ſeu benigna ſive aſpera contentum eſt, viſum inprimis laudabile fuit,
quod lætus in miſeris rebus ſemper deprehenſus fuit, perinde, ut ordo Philoſophicus ſæviente licet peſte in
72 promotionibus tamen ſuis fidibus tactis tubisque ſonantibus affligentia fata fefellerat. In Lorentio tandem
idem argumentum placuit. Namque & ille tertius erat, qui cum competitore ejusdem nominis honores ca-
piebat. Hujusque inprimis rectitudo cognoſcebatur, quod exemplo doceret, quod mens ſana in temporibus ar-
ridentibus hilaritatem etiam ſectatur, ut Candidatus ipſe per lætitiam ſolennis feſti ad ambiendos honores cum
aliis invitatus erat, Sapientesque Lipſienſes diſtributionibus præmiorum concentus Muſicos abhibendos eſſe,
quondam cenſuerant. Sed non patitur ulterius procedere chartæ conditio. Quare & nunc cauſam prodemus,
cur T E, Lector Benevole, ſcriptione præſente compellemus. *Nempe celebrabit ad inſtantem proxime Mer-
curii diem poſt Horam IX. Virum Nobiliſſimum maximeque ſtrenuum* **Georgium Ridelium a Leu-
enſtern & Seuffersdorff** / *Hæreditarium* in Treſchen / *Cobortisque bellicæ quondam Capi-
taneum Oratione anniverſaria ſolenni ob declaratam in Muſas indigentiores per conſtitutum liberale ſtipen-
dium munificentiam Vir Juvenis præſtantiſſimus literatiſſimusque Dn.* **Sigismundus Scholzius**,
*Vratislavia-Sileſius, S S. Theologiæ Cultor perinduſtrius. Ad hancque audiendam Rectorem Academiæ Ma-
gnificum, Utriusque Reipublicæ Proceres, Ordinesque Nobiliſſimorum Dn. Studioſorum cunctos honoratiſſimos,
invitamus humaniſſime.* Atque Orator quidem ipſe rationes rerum non diſſimulabit. Verba enim de Philo-
ſophiæ cauſis facturus eſt. Sed & Vos, quos Auditores ſpe non injuſta exſpectamus, cauſam nobis ſubminiſtrabi-
tis, quare omnia ſtudia atque obſequia Vobis declaremus, ſi precibus noſtris loco relicto ad audiendam Oratio-
nem indicatam promti pariter frequentesque venturi ſitis. P.P. in Academia Lipſienſi Dom. XV. poſt
Trin. A.R.S. M DCC X.

LIPSIÆ, Litteris IMMANUELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0006-1

Yc 6897
2°
ULB Halle 3
002 690 918
56.
VD17
n. C

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0008-2

DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM
AD
ANNIVERSARIAM
ORATIONEM
IN MEMORIAM
VIRI
NOBILISSIMI, MAXIMEQVE STRENUI
DN. GEORGII RIDELII
à Leuenſtern & Seuffersdorff/ Hæreditarii in Treſchen/ Cohortisque bellicæ quondam Capitanei

AD PROXIME INSTANTEM MERCURII DIEM
POST HOR. IX.
SOLENNITER HABENDAM
HUMANISSIME INVITAT.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-833278-p0009-1